



Tractatus De// Beneficiis// Amplissimus,// Et Doctissimus

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

§. 2. De periuris, falsariis, sacrilegis, concubinariis, & sodomitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

Bannes, & Aragon. D. Anton. in *sum. 2. par. tit. 12. c. 6.* Canum de locis lib. 12. c. 9. Castro de iusta hereticorum. *punit. libro 1. cap. 7. & 23.* Valentiam 3. *rom. disput. 1. q. 12.* Agor libro 8. cap. 21. Suarez 5. *rom. disp. 43. sect. 2. numero 1. & 2.* Angel. Sylvest. Tabienam, Armillam, & alios Summissas, verb. apostasias, & P. Ledefmam, d. *tract. 1. c. 7.*

150 Similiter etiam dicendum est de schismaticis, quod ubi schisma est cum heresi sunt ipso iure privati beneficiis, ut heretici, ut per Rebus. d. *tit. de modis amittendi beneficiis. n. 29.* & Flam. Paril. lib. 3. de resignatione, *quest. 1. n. 36.* Et ut tales etiam sunt excommunicati iure antiquo.

151 Si vero schisma est sine heresi, non video ius expressum ubi ipso facto priuentur beneficiis.

152 Nec obstat text. in *c. nos consuetudinem. 12. dist. 63.* in cap. *quia diligentia. de election. quos allegant Rebus. & Flam. ibi.* nam non agunt de priuatione antea obtentorum, ultra quod d. cap. *nos consuetudinem.* loquitur de hereticis.

153 Nec huiusmodi schismatici videntur absolute, & in vniuersum excommunicati iure antiquo, quicquid aliqui dicant, nam textus in cap. *licet de elect. in quo fundatur Abb. in rubr. de schismat. & Corraf. 3. p. cap. ultim. nu. 18.* id dicentes, loquitur in casu particulari, nempe de electo in Papam a tertia parte Cardinalium alio electo a duobus partibus, & illi adherentibus, ut contigerat in electione Alexan. III. cuius est ille text. ut per platinam, & Chacon. in eius vita, ut recte aduertunt Agor lib. 8. cap. 20. *quest. 6.* & Suarez d. 5. *rom. disputat. 23. sect. 3. n. 2.*

154 Nec capitulum firmissime de hereticis allegatum, etiam per Corrasium ibi probat contrarium, ut in eo patet.

155 Nec etiam excommunicantur in *c. de liguribus. 23. quest. 4.* nec in cap. 2. de schismaticis, quos duos text. ad id adducit Turrecremata lib. 4. *summa p. 1. c. 8. nam in cap. de liguribus.* Pelagius non excommunicat schismaticos, sed dicit quod excommunicantur, & in d. cap. 2. nihil dicitur de excommunicatione, ut inquit Valentia d. 3. *rom. disput. 3. quest. 15. punit. 3. vers. 3. certum est.*

156 Nec etiam excommunicantur in cap. *nulli. 19. dist. 1.* quod ad id citat Sylvest. verb. *schismatici. n. 5.* & Valent. ibi, & sequitur Toletus in *sum. in edit. Roma. lib. 1. cap. 19. circa princip.* nam quando loqueretur de schismaticis, non est canon latae sententiae, sed ferenda, ut patet ex illis verbis: *Sed extorris a sancto ministerio fiat, & ibi: Quia maioris excommunicationis deiectione est abiciendus.* Nec obstat verbum, *Iam damnatus,* quia intelligitur post latam sententiam, ut patet ex eo textu, & quod ille text. non agat de censura ipso iure lata, sed ferenda, non propter schisma, seu heresim sed propter inobedientiam Ecclesiae, tradit Suarez d. 5. *10. disp. 22. sect. 1. n. 1. & 2. & disp. 23. sect. 2. n. 5.*

157 Nec etiam excommunicantur schismatici in *c. 1. cod. tit. de quo Suarez d. disput. 23. sect. 3. numer. 1. & 2. nu. 4.*

158 Sed quicquid sit, iam in Bulla Cene Domini casu 1. excommunicantur absolute schismatici, notat Agor d. cap. 20. *quest. 5.* & explicantes Bullam ibi, & Suarez supra, *disput. 21. sect. 2. a n. 12.* & P. Ledefma 2. *par. tract. 3. cap. 12. 10. conclus.* Acosta de Andrada ad Bullam Cruciatam, *quest. 64.*

159 Non possunt tamen etiam de iure antiquo schismatici conferre beneficia, cap. 1. & si. de schismatico. Corraf. *supra n. 19.*

Quamuis videatur valere collatio ratione publici officij facta a schismatico occulto, & tolerato, ad tradita supra, 5. p. cap. 4. a n. 276. Abb. in d. cap. 1. circa fin. Nauar. *conf. 8. de clandest. de sponsar. & Agor d. cap. 20. quest. ult.*

Nec possunt sine dispensatione obtinere beneficia, etiam si ad Ecclesiam vnitatem redirent d. cap. *quia diligentia. de elect. & ibi Abb. & Decius, idem Decius in cap. ar. si clerici. §. de adulter. n. 251. de iudic. Rebus. d. n. 29. Corraf. d. n. 19. P. de Baifio in directorio elect. cap. 2. 2. part. Lambert. 1. part. 2. lib. quest. 9. art. 8. Maiolus lib. 5. cap. 46. n. 4. Penna in d. directorio inquisitor. 2. part. comment. 73. qui cum Butrio, Imola, & aliis in d. c. *quia diligentia.* & Maiolo ibi ait, talem etiam ad vnitatem Ecclesiae reuerfum, de iure communi ineligibilem, inhabilem, & irregularem remanere, & idem Agor d. cap. 20. q. 8. & sequitur Vgolinus de irregularitate, cap. 36. §. 3. n. 7.*

Quod tamen videtur posse intelligi de schismatico publico, secus de occulto maxime emendato & conuerso, qui non videtur inhabilis seu irregularis iuxta supradicta de heretico a n. 83. & in hoc casu posset procedere sententia, Aymon. Crauetæ *consil. 293.* & Suarez supra *disput. 43. sect. 2. n. 7.* licet contradicat Agor ibi.

Sed an requiratur dispensatio a Papa, an vero sufficiat dispensatio Episcopi, Abbas in d. cap. *quia diligentia.* tenet requiri dispensationem Papa ex illo text. ibi: *Dispensare permittimus.* & sequuntur P. de Baifio & Penna *supra.* & in d. cap. ar. si clerici. §. de adulteris, tenet indistincte sufficere dispensat. Episcopi, & sequitur Decius in d. cap. *quia diligentiam. n. 17.* & Lambert. *supra.*

Verum talem Abbas in cap. 2. de schismaticis, n. 7. post Hostien. distinguit, quod in Episcopatu solus Papa dispensat, ut in d. cap. *quia diligentia.* & idem in dignitate exemptam aliis vero dispensat Episcopus, nisi receperint ordinem a schismaticis scienter, vel cum crassa ignorantia, & sequitur ibi Anania n. 11. & Decius in d. §. de adulteris n. 124. primum tamen mihi magis placet.

Et de schismaticis vide late per Baldum in *tract. de schismate. Doct. in tit. de schism. directorium inquisitorum. 2. part. quest. 48.* & ibi Penna *comment. 73.* rectorium & iudiciale, & Lucernam inquisitorum verb. *schisma.* Palacios Rubios de iusta retentione, & obtentione regni Navarrae 5. p. Brunum de hereticis. libro 1. cap. 16. & lib. 2. per totum. Simancas de Cathol. *inst. tit. 58. & in enchiridio. tit. 5.* Roias de hereticis, 1. p. n. 498. Lamber. de iure patr. 1. par. 1. lib. 9. art. 6. & 1. par. 2. libro 9. art. 8. Rebus. de pacific. poss. n. 138. alias 197. Bern. Diaz in *pract. crim. cap. 112.* & ibi Salzedo, Vgol. de irregular. c. 36. §. 3. D. Thon. 2. 2. q. 39. & ibi Caiet. Bannes, & Aragon, & eund. Caiet. in *sum. verb. excommunicatio. cap. 7.* D. Anton. in *sum. 2. par. tit. 3. cap. 11.* Angelus. Sylvest. Tabienam, Armillam, & alios summissas verb. *schisma.* Valentiam 3. *rom. disp. 3. q. 15.* Agor lib. 8. cap. 20. & P. Ledefma d. *tract. 3. c. 12.*

§. 2.

De periuris, falsariis, sacrilegis, concubiniariis & sodomitis.

S V M M A R I A.

An periurus sit priuatus ipso iure, an sit priuatus beneficiis.

ficiis, à nu. 166. resolutur cum communi non esse priuatum ipso iure, sed priuandum, contra Rebuffum, & de stylo non dari pro periurio priuationem beneficii, nisi sit iudiciale, & num. 169. adducitur resolutio Rote.

Falsarij literarum Apostolicarum an sint priuati beneficiis, resolutur affirmatiue ex c. ad falsarios de crimine falsi, ex quo etiam excommunicati sunt, & in Bulla cœna calu 5. seu 6. explicato per relatos n. 171. & generaliter de falsariis huiusmodi, qui sunt videndi, n. 172.

Sacrilegi an sint priuati, seu priuandi beneficiis, resolutur esse priuandos per sententiam: nam est graue delictum, & depositione dignum, num. 193. sacrilegique sunt infames, & impediuntur promoueri, n. 174. sacrilegi autem insequentes, percutientes, aut capientes cardinalem, sunt ipso iure priuati beneficiis, n. 175. & percutientes, aut capientes, seu bannientes Episcopum, numero 176. & etiam procurantes capi Ecclesiasticos, ut suis renuntient beneficiis, aut ne citati vadant ad Curiam Romanam, numero 177. quamuis alias percutientes clericum non sunt priuati, nec regulariter priuandi beneficiis, sed incurrunt excommunicationem canon. si quis suadente diabolo, num. 178. de cuius can. excommunicatione qui sunt videndi, num. 179. & qui de sacrilegiis generaliter, num. 180.

Concubinarij an sint priuati, seu priuandi beneficiis, resolutur non esse priuatos, nec priuandos seu deponendos, sed suspensionis poena puniendos, num. 181. nisi fuerint moniti, & ad secundam vel tertiam monitionem non destiterint, nam tunc sunt priuandi beneficiis, numero 182. & hodie debet precedere tertia monitio ex Concilio sel. 25. cap. 14. ubi praefigitur ordo, & modus procedendi, & puniendi concubinarios, numero 183. & adducitur resolutio Rote, numero 184.

De poenis concubinariorum, qui sunt videndi nu. 185. & viden. Concilium & declarationes S. Congregat. positæ num. 186.

Pius V. monet ordinarios, & praecipit, ut statuta Concilij contra concubinarios districte faciant obseruari, & c. num. 187. nihilominus ea non obseruant, nec puniunt concubinarios iuxta formam & dispositionem Concilij, sed semper contra eos vtuntur pecuniariis poenis, quæ non causant emendationem & correctionem delinquentium, sed potius scandalum, & notam, & c. à nu. 188.

Pœna priuationis fructuum ipso facto imposita à Concilio d. c. 14. non videtur recepta in conscientia ante condemnationem, & sic non videtur in ea obligare, quamuis deberent iudices eam exequi, n. 190.

Sodomita an sint priuati beneficiis ipso iure, an priuandi, Rebuff. tenet quod ipso iure, n. 191. Sed id non est expressum, nec probatur in iure, sed quod sunt priuandi & deponendi, nu. 192. & qui videndi sunt de hoc crimine, n. 193. nec etiam est expressum in iure, quod sint ipso iure suspensi, aut irregulares, contra Doctores, n. 194. & seq.

Hodie ex constit. Pij V. omnes clerici tam diuini nefas exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico ipso iure priuantur, & c. & sic sunt ipso iure depositi, & in effectu irregulares, numero 196. quod procedit etiam in foro interiori, saltem quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem seu irregularitatem, numero 197.

Cum de exercentibus sodomia crimen ista constitutio

loquatur, non habebit locum in eo, qui semel aut iterum illud perpetraverit, sed solum in eis, qui quasi ex usu continuo id exercent, & dici possunt exercitores eius, num. 198. licet contra teneant Salzedo & alij, ex alia constit. anteriori eiusdem Pij V. numero 199. cui respondetur, quod licet poena istius primæ constitutionis comprehendat perpetrantes, poena tamen secundæ, quæ sunt grauior, comprehendunt tantum exercentes, sicut etiam secundæ non habet locum in laicis, ut primæ, quæ responsio est melior alia adducta per Man. Rodriguez, & Ledesman, quod secundæ declarat primam, à nu. 200. nec comprehendit exercentes pollutionem extracordariam seu extravas, sed solum exercentes copulâ sodomiticâ, n. 203. An comprehendat exercentes bestialitatem, à n. 204. resolutur negatiue contra Man. Rodrig. & Ledes. saltem quoad poenam ipso iure impositam: nam licet bestialitas sit crimen grauisimum, & contra naturam, & grauius sodomia, non tamen est sodomia, sed distincta species, & in pœnalibus non sit extensio, etiam ex identitate, & maiori rationis, & c. procedit tamen in cognoscente foeminam præposere, num. 207.

Tertio principaliter dubitatur de periurio, an periurus sit priuatus ipso iure, an sit priuandus beneficiis: & esse priuatum ipso iure, defendit Rebuff. de pacificis possess. à num. 269. alias 223. & in repet. rubrica de rescript. num. 1.

Communis tamen opinio est non esse priuatum ipso iure, sed priuandum, quam tenent Innoc. in cap. inter dilectos de excessibus prelator. Abb. & Felin. in cap. querelam, de iureiuran. & in cap. 2. de rescript. & ibi Decius & Ripasidem Decius in cap. cum non ab homine, de iudic. & ibi Alciat. Selua de benef. 3. p. 9. 2. à numero septimo & de iurament. q. vlt. Lambert. 1. p. 2. lib. 9. art. 15. Rebuff. sibi contrarius d. tit. de modis amittendi beneficia, n. 58. Corraf. 3. par. c. vlt. num. 11. & 12. Duaren. lib. 8. cap. 6. §. 3. Bernard. Diaz in pract. crimin. cap. 92. & ibi Salzedo, Iulius Clarus, lib. 5. §. periurium, Mandos. de signatura gratiæ, tit. de priuatio. vers. impetratur etiam, Couar. in cap. quâuis pactum, 1. part. §. septimo, Maiolus lib. 5. cap. 33. D. Ioan. Vela cap. 28. & Ioan. Gutierrez ca. quæst. lib. 2. cap. 5. à num. 95. & Suarez de relig. 2. tom. tractat. 5. lib. 3. cap. vlt. num. 6. & 17. 21. & 22. qui sunt videndi de hac materia, & Staphileus de literis gratiæ tit. de variis modis §. quando quis veniat priuandus beneficio à num. 6. Qui num. 8. ait, quod signatura non dat pro periurio priuationem beneficiorum, nisi sit periurium iudiciale, quod etiam, ait Rebuff. supra de pacificis numero 268. alias 221. & refert Bernard. Diaz d. c. 92. in fi. & Mandos. supra, & sequitur Maiolus num. 2. Et in vna Gerunden. priuationis regressus de anno 1550. coram D. Achille fuit resolutum: Periurum ob non seruata fidem, qui secundum omnes est infamis, Felin. in cap. testimoniū, de testib. & ideo inhabilem ad beneficia, tamen non priuari beneficiis obtentis, nec amittere regressum, ex quo habet causam de præterito, & c. Vt per Achillem decis. 201. seu 1. de iureiuran.

Quarto principaliter dubitatur de falsariis literarum Apostolicarum, an sint priuati beneficiis: & respondendum est affirmatiue ex c. ad falsarios de crimine falsi, ex quo text. falsarij literarum Papæ, qui per se, vel per alios eas falsant, excommunicati sunt, cum suis fautoribus, & defensoribus, & beneficiis

priuati ipso iure, &c. Abb. Anania, & alij ibi, Lamb.
1. par. 2. lib. 9. art. 22. Rebuf. d. tit. de modis amittendi
beneficia numero. 43 P. de Baiffo cap. 21. 2. part. & a-
lij.

171 Et in bulla cœnæ Domini ꝛ excommunicantur
falsarii literarum Apostolicarum, & supplicationum,
vt in casu 5. seu 6. explicant Rebuf. in bulla cœnæ
Domini posita post pract. benef. ibi Cai. in sum. verb.
excommunicatio cap. 26. Nauar. in man. c. 27. à nu. 62.
Salzedo ad Bernar. Diaz in pract. c. 117. Candelabrum
aureum in explanat. bulla cœnæ à num. 46. Vgol. in
bullâ cœnæ 2. p. c. 6. Toletus in sum. lib. 1. cap. 22. Sairus
de censuris lib. 3. cap. 10. & Suarez 5. tom. disput. 21. à
172 num. 44. Et generaliter de ꝛ falsariis huiusmodi vide
Bernard. Diaz & Salzedo d. c. 17. Boffium in pract. ti.
de falsis, Iulium Clarum lib. 5. §. falsum, & Menoch.
de arbit. lib. 2. casu 306. Didacum Perez ad Villad. de
irregularitate addit. ult. versio. quaritur, an fal-
sificans literas, & D. Ioan. Vela de pœnis delictor. cap. 10.

Quinto dubitatur de sacrilegis, ꝛ an sint priuati
seu priuandi beneficiis: & dicendum est cum Rebuf.
173 d. tit. de modis amittendi beneficia numero 56. esse
priuandos beneficiis per sententiam, nam est gra-
ue delictum, & depositione dignum capit. si quis pres-
by. 50. dist. idem de pacificis numero 248. alias 203.
Bernar. Diaz in pract. cap. 87. numero 2. Sacrilegique
ꝛ sunt infames capit. infames 6. quest. 1. & impediun-
174 tur promoueri capit. venerabilem, versio. nunquid e-
nim, & ibi glos. verb. sacrilegum, de elect. Rebuf. ibi.
& Corral. d. tit. c. ult. n. 25. Salz. ad Bernard Diaz d. c.
87. addit. 1.

Sacrilegi autem ꝛ insequentes, percutientes, aut cœ-
175 pientes Cardinalem, sunt ipso iure priuati benefi-
ciis, vt in c. felices, de pœnis in 6. vbi alia etiam pœ-
næ in eos ponuntur, Rebuf. supra à nu. 39. & Corral. d.
cap. ult. nu. 14. Et similiter ꝛ etiam percutientes, aut
176 capientes, seu barnientes Episcopum, sunt ipso iure
beneficiis priuati, vt in Clem. 1. de pœnis, & notat Re-
buf. ibi num. 40. Et ꝛ etiam procurantes capi viros
ecclesiasticos, vt suis renuntient beneficiis, aut ne
177 citari vadât ad Curiam Romanam, Clem. 2. de pœnis,
Corral. l. n. 14. Quamuis alias ꝛ percutientes cleri-
cos, & sic sacrilegium committentes, non sunt priu-
178 uati, imo nec regulariter priuandi beneficiis, sed in-
currunt excommunicationem can. si quis suadente
diabolo 17. c. 4. De cuius canonis excommunicatio-
179 ne vide Rebuf. in reperit. eiusdem, Nauar. in man. cap.
27. à num. 67. Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. Iu-
lium Clarum lib. 5. §. 77. à numero. 2. 2. Follerium in
pract. crim. ca. 2. p. c. 17. Salzed. d. c. 87. 2. addit. Caiet.
verb. excommunicatio capit. 10. Syluest. excommuni-
catio excomm. 1. Angles in floribus Theolog. q. de ex-
communicatione art. 5. Colman Philarcum de officio
sacerd. 1. p. lib. 3. capit. 22. 23. & 33. Grassis in decis. au-
reis casuum conscientie lib. 2. c. 49. per totum, summam
Coronam 3. p. tract. de excommunicatione nu. 15. Lud.
Lop. instruct. conscientie 2. tom. 2. p. c. 20. (qui sequitur
Nauarum supra) Man. Rodriguez in sum. 1. tom. cap.
80. Vegam in sum. 1. p. cap. 85. casu 147. ad 150. To-
letum in sum. in editione Rom. lib. 1. c. 31. cum seq. ad 34.
Sairus de censuris lib. 3. capit. 26 27. c. 28 & Suarez 5.
tom. disp. 22. sect. 1. à numero quarto, Auilam de censu-
ris 2. p. c. 5. disp. 3. Molina de instit. tract. 3. à disp. 50. vs-
que ad 65. qui late agunt de materia dicti canonis.

180 Et de sacrilegis ꝛ generaliter vltra Panorm. & a-
lios in cap. conquestus, de foro compet. vide Bernardum
Diaz d. c. 87. & ibi Salzedum, Iulium Clarum lib. 5. §.

sacrilegium, Follerium d. 2. par. c. 17. Maiolum de irre-
gularitate. li. 3. c. 30. Meno. de arbitrariis li. 2. casu 289.
Grillandum de pœnis omnifariam coitus q. 1. D. Ioan.
Vela de pœnis delict. cap. 30. Syluest. & alios summi-
stas verb. sacrilegium, & vide Suarez d. disp. 22. sect. 2.
à nu. 4. c. disp. 43. sect. 4. à n. 5. & de relig. 1. tom. tract. 3.
lib. 3.

Sexto dubitatur ꝛ de concubinariis, an sint priua-
ti, seu priuandi beneficiis, & dicendum est non esse
priuatos, nec priuandos, seu deponendos, sed suspen-
sionis pœna puniendos, gloss. in cap. Maximianus 81.
distin. verb. remoueantur, Imola num. 11. Felin. 14. De-
cius 225 alias 36. Berouius à num. 165. in cap. at si cleri-
ci, in princip. de iudic. Corsetus in singul. verb. fornicatio,
Selua de benef. 3. part. quest. 3. num. 7. alias à numero
13. Lamber. de prob. par. 1. par. 2. lib. quest. 9. artic.
20. Iulius Clarus lib. 5. §. fornicatio, numero 3. Follerius
in pract. crimin. can. fol. 221. numero 6. Duennas regul.
101. in princip. & Ioan. Gutierrez can. quest. lib. 2. cap. 7.
numero 54. qui dicunt communem, & plures alios
referunt.

Limitatur ꝛ tamen prædicta resolutio, nisi fuerint
moniti, & ad secundam, vel tertiam monitionem
non destiterint, nam tunc sunt priuandi beneficiis
cap. sicut, & cap. si autem de cohabitatione clericor-
um, vbi Dd Staphil. d. tit. de variis modis vacationis.
§. quando quis veniat priuandus beneficio numero
quarto d. nu. 7. alias 16. Corral. 3. part. cap. ult. nume-
ro 28. & Mandos. tit. de priuatio. verb. concubinariis:
Et ꝛ hodie debet præcedere tertia monitio ex sacro
Concilio Trident. sess. 25. de reform. cap. 14. vbi præfi-
gitur ordo, & modus procedendi, & puniendi con-
cubinarios.

Vnde in vna ꝛ Tullen. monasterij sancti Man-
fueri 27. Ianu. 1597. coram D. Penna fuit per Rotam
resolutum, Quod clericus concubinaris, etiam publi-
cus, non est ipso iure beneficiis priuatus, nec venit pri-
uandus, nisi quando post legitimas monitiones indurato
animo in concubinato persistit, cap. sicut, cap. si autem
de cohabitatione clericor. Conc. Trident. sess. 25. cap.
de ref. Probus ad pragm. sanctionem tit. de concubi-
nariis §. nec non, verb. priuet, & ad effectum priuatio-
nis necessaria vna, & concludens probatio illius, et-
iam si civiliter, eretur, nec sufficit probatio de publica
voce & fama, &c.

Et de pœnis concubinariorum ꝛ videndi sunt
Abbas, Felin. Decius, & alij in d. cap. at si clerici, Ber-
mon. de concubinariis, Lamber. d. artic. 20. Rebuf. in
concord. tit. de publicis concubinariis, Bern. Diaz in
pract. cap. 79. alias 72. & ibi Salzedo, Iulius Clarus
d. §. fornicatio, Maiol. de irregular. li. 5. c. 37. Ant. Gome-
mez in l. 80. Tauri à nu. 18. l. 43. tit. 6. p. 1. & ibi Greg.
Lopez, Aucend. de exequen. mandatis 2. part. cap. 26. A-
uiles in cap. pratorum. cap. 47. Didac. Perez in leg. 21.
cum seq. tit. 3. lib. 1. ordin. l. 1. cum seq. tit. 19. li. 8. recop. &
ibi Azeuedo, Matienço in l. 6. tit. 8. lib. 5. recop. glos. 2.
Menoch. de arbitrariis lib. 2. casu 418. D. Ioan. Vela
de pœnis delict. cap. 6. late Ioan. Gutier. d. c. 7. Abulen-
tract. de clericis concubinariis, Ang. Syluest. Armilla,
& alij summissa verb. concubinariis, Man. Rodriguez
in sum. 1. tom. capit. 10 2. Vega 1. part. capit. 56.
casu 3. & Pet. Ledesma 2. p. summa tract. 27. c. 18.

Et vide sacrum Concilium Trident. ꝛ sess. 24. c. 8.
& sess. 25. d. c. 14. de reform. super quo sacra Congreg.
sic censuit, Hoc decretum de concubinato, & impu-
dicitia foridibus clericorum, non præcedit in sim-
plicit incontinentia absque qualitate concubinatus. Se-
cunda habet locum, etiam si quis clericus modo cum
vna

vna, modo cum alia comprehendatur. Tertia patroni possunt, si ad eos spectat presentatio alicuius beneficii per concubinarium detenti, vel alij laici parochiani pro suo interesse, quia ab iis percipiunt sacramenta, eos accusare, quinimo potest ordinarius procedere contra ipsos prout de iure non expectata forma huius text. & huius literæ, *Ex Congregationis sententia*. Quarta ibi, *Quod si à superioribus moniti, specialiter, non autem generaliter, puta per edictum*. Quinta, *Monitiones*, ex eod. decreto faciendæ non tantum in visitatione, sed aliis quoque temporibus. *Fieri possunt*. Sexta, *Tempus quod* inter vnam & aliam monitionem intercedere debet, arbitrio Episcopi, *Relinquitur*. Septima, *Poterit Episcopus* contra eos procedere, etiam incarcerando, quando timetur de fuga iuxta formam traditam in *6. sexto absque monitione*. Octava Episcopo Salamantino, *Ordinarius potest ipse solus*, ex decreto Concilij *ses. 25. c. in crimine concubinarum* ad informationem summarie, & incarcerationem procedere, vbi de fuga timetur, idque absque forma & monitione illa, quæ præscripta est decreto Concilij Tridentini *ses. 25. c. 14. 2. lun. 1575*. Nona, *Pœna de qua in vers. quod si à superioribus moniti*, non habet locum in clericis, qui primo deliquerint, etiam si edicta generalia ordinaria præcesserunt, sed incurritur vbi clericus secundo deliquit: in primo enim puniri debet aliis pœnis à sacris canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis, & demum si monitus fuerit, & quidem speciali monitione, & secundo delinquit, priuatus est tertia parte fructuum, non tamen distributionibus quotidianis, quas ratione canoniciatus, vel dignitatis diuini interessendo, percipit præter fructus præbende distinctæ. Decima, eadem pœna censetur repetita in *vers. si in vero in delicto eodem*, si secundæ monitioni non paruerit, quia suspendendus est ab administratione beneficiorum, & cum non possit interesse choro, amittit etiam distributiones quotidianas. Undecima, *Episcopus potest procedere per denuntiationem, inquisitionem ex officio*, vel quo alio sibi videbitur modo. Duodecima, *Prediclam executionem, exemptio, aut appellatio ante, vel post diffinitivam sententiam suspendere non potest*. Decimatercia, *In hac cap. qui sunt subcolletores, vel commissarii spoliatorum, non comprehenduntur sub dispositione ordinariorum, sed Nuntij Apostolici iuxta eorū privilegia, quemadmodum respondit S. D. N. Gregor. XIII.* Decimaquarta ibi: *Non ad Archidiaconos, Congregat. censuit hoc non intelligi in memoriali*, Et vide declarationes adductas *1. part. cap. 5. numero 299. & 304.*

187 Et aduertendum est Pium V. in sua constitutione 5. in ordine bullarij monere omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctæ obediencie eis præcipere vt statuta Trid. Concil. contra concubinariorum rā clericos, quam laicos edita districtè faciant obseruari, reddituri Deo, ac sibi, si id omiserint, rationem, & aduertit Io. Gutier. d. c. 7. n. 68. & seq.

188 Nihilominus tamen ordinarij ea non obseruant, nec obseruari curant, nec puniunt concubinariorum iuxta formam, & dispositionem Concilij, sed semper contra eos vtuntur pœnis pecuniariis, etiam si bis, ter, quater, aut pluries deliquerint, ita vt censum annuum à concubinariis extorquere elaborēt, quo soluto adhuc indurato animo peccatis fordescant, quia nullam reus pertimescit culpam, maxime concubinariorum, & carnalis, quam redimere nummis existimat, vt recte inquit Segura de Aualos in directorio iudicum ecclesiasticis fori 2. par. cap. 10. num. 1. vbi merito inue-

hit contra huiusmodi pœnas pecuniarias, maxime in delictis persequantiam, & actum successivum habentibus, vt concubinatu, & similibus. Et t certe huiusmodi pœnæ pecuniariæ non solum non causant emendationem, & correctionem delinquentium, maxime concubinariorum, sed potius scandalum, & notam contra ipsos iudices, & Episcopos, maxime quia eos conducunt à rege, seu Commissario bullæ Cruciatæ eas Regi applicatis in expeditionem bellis quod non esset faciendum, sed quod colligerentur Regi, aut locarentur aliis.

Aduertendū etiā est, quod illa t pœna priuationis fructuum, quæ ipso facto imponitur à Concilio d. cap. 14. non videtur recepta in conscientia ante condemnationem, nunquam enim vidimus, audiuimus, aut intelleximus aliquem clericum concubinarium, cum sint multi, semel, & bis, & pluries moniti, eos restituere, & ideo tanquam non recepta non videtur obligare in conscientia, iuxta supradicta c. 5. a num. 150. quamuis deberent iudices nihilominus eam exequi, &c.

Septimo dubitatur t de sodomitis, an sint priuati beneficiis ipso iure, an priuandi in quo Rebu. in praxi tit. de modis amittendi beneficia numero 38. tenet 9 quod ipso iure perdit beneficium is, qui crimen sodomiticum commisit, grauissimum enim est crimen, &c.

Sed id non est t expressum, nec probatur in iure, sed quod sunt priuandi, & deponendi cap. clericis de excessib. prelator. & notant Staphil. tit. de variis modis vacationis, §. quando quis veniat priuandus beneficio numero 4. Mandos. de signatura gratie tit. de priuatione vers. fortius procedere, Bernard. Diaz in praxi. cap. 86. alias 80. vbi Salzedo, Bermon. de publicis concubini. cap. de peccato sodomia, Duennas regul. tot. in fin. Menoch de arbitrar. casu 286. Grillandus questio. 2. c. 8. & D. Ioan. Vela cap. trigesimo tertio. Qui t & Iulius Clarus §. sodomia, Anton. Gom. in l. 80. Tauri a numero 32. Azuevedo in l. 1. tit. 21. libro 8. recopil. & alij per eos relati videndi sunt de hoc crimine, & eius pœnis.

Nec etiam est t expressum in iure, quod sint ipso iure suspensi, aut irregulares, quamuis eos esse irregulares dicant Specul. de dispensat. §. iuxta numero 19. & Maiolus libro 5. cap. 43. & esse suspensos, & celebrando irregulares Dd communiter, quos sequuntur Lambert. 1. part. 2. lib. quæst. 9. art. 18. Couarruu. in Clem. si furiosus 1. part. §. 1. numero 6. Iulius Clarus numero 5. Salzedo, Azuevedo num. 20. D. Ioan. Vela, & alij ibi.

Contra quos t tenent Aret. in c. cum non ab homine, de iudic. num. 90. Nauar. in man. cap. 27. num. 249. Vgol. de irregular. cap. 43. §. 2. num. 4. Candelabrum aureum de suspens. num. 172. Graffius lib. 2. cap. 90. n. 2. Enriquez in summ. lib. 13. cap. 36. & lib. 14. c. 5. §. 1. in tex. & glos. Ludou. Lopez 2. tom. cap. 23. Man. Rodrig. in sum. 1. tom. cap. 208. num. 1. Valentia 4. tom. disp. 7. 9. 19. punct. 3. de quinta specie irregularitatis, Toletus lib. 1. c. 74. num. 3. Pet. Ledesma 2. part. summe tractat. 27. c. 15. circa 3. conclus. Auila de censuris 3. part. disp. 5. dub. 3. & 7. p. disp. 4. dub. 7. & Prosper de Augustino in addit. ad summam bullarij Quarantæ verb. sodomia, 1. dimitat.

Hodie vero t ex constitut. 70. Pij V. in bullario omnes clerici tam dirum nefas exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico presentis canonis autoritate priuantur, ita quod per iudicem ecclesiasticum de-

gradati potestati statim seculari tradantur, &c. & sic ipso iure priuantur beneficiis, officique executione, & sunt ipso iure depositi, & in effectu irregulares, Nauar. d. c. 27. n. 249. & alij infra relati.

197 Quod habet locum, & procedit etiam in foro interiore & in occulto, saltem quoad priuationem executionis officij, & inhabilitatem, seu in effectu irregularitatem, Nauar. ibi iuxta dictum supra num. 9. quicquid dicant Grassii a num. 4. Enriquez, Man. Rodriguez num. 2. Vgol. Toletus, Pet. Ledesma circa 4. conclus. vltim. difficul. Auila d. dub. 7. Prosper de August. 5. limit. ubi supra, & Suarez 5. tom. disput. 31. sect. 4. numer. 22. Quorum sententia solum posset procedere in priuatione beneficiorum obtentorum iuxta supradicta a num. 7. an autem ea constitutio in foro conscientie vsu recepta sit, an non, vt ait Vgol. & inclinant Enriq. Auila, Prosper de Augustino supra & Acor 2. par. li. 7. c. 18. in si. res facti est, seu questio de facto ad quam respondere non est iurisconsulti, vt inquit Nauar. supra.

198 Sed cum de exercentibus & sodomie crimen ista constitutio loquatur, non habebit locum in eo, qui semel aut iterum illud perpetraverit, sed solum in eis qui quasi ex vsu continuo id exercent, & qui sic labantur in tale crimen, vt arbitrio boni viri dici possint exercitores eius, argum. l. sciendum. §. illud ff. de adulterio adit. & quæ tradunt Cassan. in consuetud. Burgundie rubric. 4. §. 1. fol. 131. B. Straccha de mercatura part. 1. a num. 6. & Salzedo in praxi cap. 55. versic. & vt huius, ita Nauar. supra dicens, ita sibi respondisse Gregor. XIII. & Matthæum Contarellum eius datarium, sequuntur Cosmas Philarcus de officio sacerdotis 1. p. lib. 4. c. 15. Candelabrum aureum supra, & Grassii a num. 3. Enriquez dict. cap. 36. in glos. lit. N. & d. cap. 5. glos. lit. F. Ludouic. Lopez d. cap. 23. Man. Rodriguez supra num. 2. & quest. regul. 1. tom. quest. 30. art. 19. Vgol. supra, Marcus Anton. Genuen. in praxi Archiepiscopali curie Neapolitane cap. 80. numero 1. Sairus de censuris lib. 7. cap. 12. num. 23. Auila d. dub. 7. Suarez d. sect. 4. a nu. 20. Prosper de Augustino supra 4. limit. & Acor d. c. 18. quest. vlt. circa fin. & videtur Mar. del Rio de magia lib. 5. sect. 16. vers. 2. loco pag. 408.

199 Licet contrarium, & nempe dictam constitutionem habere locum in clerico, qui vnicum crimen tantum sodomie commisit, teneant Salzedo d. cap. 86. addit. 2. (quem sequuntur D. Ioan. Vela, & Azcuedo numero 22. & 23. ubi supra, & Zauillos qu. 228. numero 4.) ex alia constitutione anteriori, cuius illa meminit eiusdem Pij V. quinta in ordine, ubi statuit, quod si clericus crimen nefandum contra naturam perpetraverit, degradatus curie seculari puniendus tradatur, & non verb. Exercentis, sed perpetraverit vtitur, quod non exposcit criminis reiterationem, &c.

200 Sed & bene respondet Man. Rodriguez d. art. 19. quod licet pena istius primæ constitutionis (de qua loquuntur D. Ioan. Vela, & Azcuedo) comprehendat perpetrantes, penam tamen secundæ, quæ sit grauior, comprehendunt tantum exercentes.

201 Et ista responsio est melior & illa, quam ponit idem Man. Rodriguez in sum. d. c. 208. n. 2. & cum eo Pet. Ledesma dicens ambas sententias probabiles supra 4. conclus. 1. difficultate. quod secunda constitutio ponens di. verbum Exercentes, declarat primam solum ponentem verbum perpetraverit.

Sicut etiam ista secunda & constitutio non habet locum in laicis, vt habet prima, sed solum in clericis,

de quibus tantum agit Nauarj Grassii n. 11. Vgol. Toletus, & alij supra.

Nec comprehendit ista & constitutio exercentes pollutionem extraordinariam, seu extra vas, sed solum exercentes copulam sodomiticam, vt per Nau. supra, quem cæteri relati sequuntur.

Sed est difficultas, & an comprehendat exercentes vitium bestialitatis, & comprehendere tenent Man. Rodriguez d. cap. 208. num. 2. Pet. Ledesma supra circa 4. conclus. 2. diff. & Prosper de Augustino 2. amplia. quia bestialitas, etiam est peccatum contra naturam, & grauius sodomia, & lex penalis extenditur de vno casu ad alium grauiorem, in quo est eadem ratio, glos. in c. 1. de temporibus ordin. in 6. verb. Italie.

Contrarium tamen & mihi videtur verius, nempe, quod ista constitutio non comprehendat exercentes bestialitatem, saltem quoad penas ipso iure impositas; nam licet sit crimen grauissimum & contra naturam, & grauius sodomia, non tamen est sodomia, sed species distincta à Sodomia, D. Thom. 2. q. 154. art. 1. & ibi Caiet. D. Ant. 2. par. tit. 5. c. 4. Sylu. verb. luxuria, §. 1. Lud. Lopez 1. tom. c. 73. Pet. Ledesma supra 2. conclus. 1. diff. & alij.

Et in tpænalibus non sit extensio, etiam ex identitate, seu maiori rationis, ex reg. odia in 6. & cap. pena, de penitentia dist. 1. ubi Nauar. a. h. n. 1. reprobandus illam glos. verb. Italie, Domin. num. 9. & Franc. 5. in d. cap. 1. de temporibus ordin. in 6. Iason in l. cum quidam, ff. de liberis & posthum. a numer. 9. Decius in l. si quis, ad quod. num. 47. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in l. factum cuique §. in tpænalibus, de regulis, Aymon de antiquitate temporis 4. p. sect. videamus modo num. 24. Euerardus loco a ratione legis larga a nem. 65. Duennas regul. 287. Castro de potestate legis penalis lib. 1. cap. 7. doc. 3. Auila de censuris 7. p. disp. 7. dub. 5. cum aliis, præsertim cum pena ipso iure imponitur, Tiraq. in l. si vnquam, verb. reueratur a nu. 248. seu 303. & Villaguta de extensio. tit. de extensione legis penalem respectu meræ penæ, maxime, quia in bestialitate cessat illa frequentia (raro enim istud crimen committitur) qua videtur motus Pius V. ad sodomie crimen comprimendum, vt ex ipsa constitutione colligitur, & ita plane tenet Bannes de inst. & iure 2.2. quest. 64. art. 8. circa princip. qui ait, quod si sit imposita irregularitas contra sodomitas, non sequitur, quod committentes peccatum bestialitatis incurrant illam.

Recte tamen & ait Prosper de Augustino supra in princip. dictam constitutionem procedere non solum in clerico sodomita masculorum concubitore, sed & in eo qui feminam præpostera venere cognouerit: cum in hoc casu sodomia proprie committatur, vt per citatos supra n. 162. & 193. & alios.

§. 3.

De violento beneficij possessore, & intruso.

SVMMARIA.

An ob violentam beneficij apprehensionem seu occupationem, quis priuetur beneficio, Corrasius dicit, quod sic ex cap. cum qui, de præben. in 6. numero 208. quem tex. explicante relati, num. 209. & quando dicitur violentus possessor remissus, numero 210. sed id intelligitur